

/ Cum Philosophicarum, et Theologicarum quaestionum publicae
defensiones ideo institutae sint, concedique debeant, ut ingenii
specimen detur aliquod, et adhibitae in illarum disciplinarum stu-
diis diligentiae testes sint: ad ostentationem tamen potius, exter-
5 namque pompam usurpari non levi sumptu videantur, cum pecuniarum,
et studiorum etiam detrimento. Ideo Nos Robertus Bellarminus, Scipio
Burghesius, et Jo: Garsia Millinus S.R.E. Cardinales Collegii Germani-
ci, atque Ungarici de Urbe a S/mo D.N. constituti Prote~~x~~ectores, illis
volentes ire obviam incommotis, statuimus, ac decernimus, ut in pos-
10 terum qui ex dicto Collegio Philosophicas, aut Theologicas conclu-
siones defensuri sunt, non ad libitum laminam adhibeant pro eorum
sculpendis insignibus, quibus dicere conclusiones volent; sed ea
utantur, quam Collegii Rector omnibus communem parari curabit. Fient
autem disputationes huiusmodi absque ulla musica: neque liceat ulli
15, praeter conclusiones, aut versus, aut quid aliud imprimi curare. ~~Qa~~
Quamobrem Collegii eiusdem Rectori iniungimus, ut hoc nostrum de-
cretum, quod manu nostra signatum erit, observari, et asservari curet.
Datum Romae die 20 7/bris 1616.

R. Card/lis Bellarminus.

20 S. Card/lis Burghesius.

Jo: Garsia Card/lis Millinus.